

multis expectare possumus, alteram que animi tota est, a te precipue. Utinam liceret nobis tecum una eadem quam tu sequeris frui libertate, ad quam tu nos quidem vel honori auctoritati unitas [sic] acciperes enim nos sepe dupli convivio neque ita multis interpellantibus. Verum ut ad propositum redeamus, ea carere libertate, minus moleste feremus, si huiusmodi quandoque a te munuscula accipiemus.

Datum Romae die XX. iulii 1513 anno primo.

Archivio segreto pontificio. Arm. 44, t. 5, f. 12b.

**8. Paris de Grassis sulla prima creazione di cardinali di Leone X.<sup>1</sup>**

Roma, 23 settembre 1513.

«Die lunae, quae fuit XXIII septembris 1513, S. D. N. Leo quatuor cardinales creavit sedentibus in consistorio XX cardinalibus atque aliis omnibus per literas consentientibus, sic enim fuerat in capitulis conclavis stabilitum, ut pontifex in cardinalium creatione teneretur omnes cardinales absentes a Bononia citra vocare ut adessent aut saltem ut consentirent». Il papa tiene ai cardinali il seguente discorso: «Filii dilectissimi, profecto gratias ingentes vos Deo in primis reddere oportet cum isti rev<sup>mis</sup> dominis cardinalibus, qui vos ex infinitis et simplicibus in tantum fastigium assumere dignati sunt, ut eisdem aequales fieri mereamini cardinales sicut ipsi, nempe maximam dignitatem ipsorum beneficio et benignitate assequuti estis, quam si mente plena considerabitis et agnosketis nunquam cessabitis in Dei optimi maximi laudatione et gratiarum actione adversus praefatos dominos istos rev<sup>mos</sup>. Nos quoque personas vestras libenter proposuimus, quia maxime speramus, quod totis viribus incumbetis in honorem hunc ac onus digne sufferatis, et impleatis quas sunt ad id opportuna, quae quamvis vos facturos speramus, hortamur tamen et mandamus ut ita [sic] vos in ipsa cardinalatus dignitate sic geratis quod nos de huiusmodi vestra promotione penitere aliquo unquam tempore [non] contingat, in nomine patris» ecc.

Cop. PARIS DE GRASSIS, \*Diarium nella Biblioteca Rossiana a Vienna  
e Archivio segreto pontificio. XII. 23.<sup>2</sup>

**9. Paris de Grassis sull'andata del cardinale Lang  
al concistoro il 9 dicembre 1513.<sup>3</sup>**

Addì 9 dicembre 1513 tutti i cardinali andarono a S. Maria del Popolo, donde accompagnarono Lang al concistoro: «omnes [cardi-

<sup>1</sup> Cfr. vol. IV 1, 53.

<sup>2</sup> L'Archivio segreto pontificio possiede il \*diario per questi anni anche in tre altri codici: XII 22, XIII 18 e XIII 19.

<sup>3</sup> Cfr. vol. IV 1, 46.